



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

Feria IV In Cinerum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

FERIA IV CINERUM.

A Drépo cinere aspersus ad te,
cum sim pulvis, & cinis, Deus
meus, qui tuum altare olim cinere
mundari jussisti: Jobum tuum, ci-
nere coopertum, amasti; Davidi,
cinerem, *tanquam panem*, mandu-
canti, pepercisti; Sanctos plurimos,
in cinere morientes, deliciis cæle-
stibus hilârasti. Da mihi, & feli-
cium, & infelicium, cinerum sa-
pienter meminisse; ut à tumulis, &
cineribus damnatorum discam ti-
mere te: sacri verò Sanctorum ci-
neres ignem tui amoris custodiant
in me; ne obdormiat. Munda caput
meum, velut altare tuum, veræ
pœnitentiæ cinere: accipe omnia,
& singula mea jejunia. Ea ego tibi
dedico in sacrificium amoris tui,
cujus imperio volo tibi, ea per Ec-
clesiam imperanti, obedire. Con-
jungo illa cum omnibus J E S U,
MARIÆ, ac omnium Electorum
jejuniis, & meritis omnibus; ut tibi
placeant, & tu me ab æternâ fame,
ac siti liberum, mensæ tuæ cælestis
participem facias, & illam, pro quâ
hæc jejunia tibi offero, animam
(quæ ex purgatorio proximè libe-
randam

randa est) citius in æternâ regione amoris, lucis, & pacis constitutas: ut ibi te amet, ac pro me oret; ut in amore infinitè amabilis Dei mei crescam quotidie. Miserere mei æternū, ô Rex æternæ gloriae, qui verè pœnitentibus pro cinere das coronam.

FERIA V IN CÆNA DOMINI.

Prostratus coram te, ad Judæ pedes prostrato, adoro, & exoscular divinas illas tuas manus; meumque cor ad Joannis, aliorūmque Apostolorum pedes, à te lavando, abjicio, ut illud ablucas; & deinde Eucharistico tuo epulo saties, ô Author admirabilis illius Sacramenti! Gratias tuo amori, pro illo mysterio fidei nostræ, pignore spei nostræ, Sacramento charitatis æternæ. Tu te totum in illo mihi das, cum corpore, animâ, & divinitate. Da, ut ego vicissim totum cor, totum corpus & animam, & manus, & pedes, & oculos, & quicquid sum, reddam tibi, qui alias tuus sum: ut omnes facultates corporis & animæ meæ, nihil agant aliud, quam quod tu vis. Age in corpore meo, in animâ meâ, (ut domum tuam

M.
te,
Deus
inere
, ci-
vidi,
du-
nos,
ele-
feli-
fa-
, &
ti-
ci-
ant
put
eræ
nia,
ibi
ui,
ic-
n-
U,
im
bi
ne,
tis
uâ
m
e-
da